

1495. in Martio.


Ex Orig: Arch: Regi.

451.

Donatio Thelonei Romanien' et Costen' in tenutam Sigismundo Regi per Joannem Albertum.

87

Johannes Albertus Dei gratia Rex Polonia, supremus Dux Lithuania, Russia, Prussiaeque Dominus et Haeres etc Significamus tenore presentium, quibus expedit universis. Quia fraternus amoris permoti, erga illustrissimum Principem Dominum Sigismundum eadem gratia Ducem etc Germanum nostrum Carissimum, sibi Thelonea nostra Romaniensem et Costensem in tenutam et usum dedimus et contulimus, Damusque et conferimus tenore presentium mediante. Quae quidem Thelonea nostra cum consensu nostro in quatuor millibus, et tricentis florenis Hungaricis puri auri, veri, et justis ponderis de manibus Magnificorum Johannis Svidwa Palatini Romanienensis, et Andrea Castella in Calischiensis fratrum De Schamotuli, annis proxime transactis, suis proprijs pecunijs eximerat. Volentes itaque ipsum Dominum Sigismundum ducem de prefatis quatuor millibus tricentis florenis Hungaricis indemnem efficere et securum, sibi Domino Sigismundo duci etc, germano nostro carissimo, dicta quatuor millia, et tricentas florenas Hungaricas puri auri et justis ponderis, in eisdem Theloneis nostris Romanien' et Costen' Duximus Demonstrandum et inscribendum, Demonstramusque et inscribimus tenore presentium mediante, per ipsum Dominum Sigismundum Ducem,

prefata  




prefata thelonea nostra, cum omni jure ni:  
hil penitus in eisdem pro nobis reservando,  
ita late longe juxta antiquam consuetu:  
dinem ad usque tentam tenendum, haben:  
dum, utifruendum, pacifice et quiete possi:  
dendum, laudum, quovisque prefata qua:  
tuor millia tricenti floreni Hungarica:  
les, puri auri et justis ponderis, sibi Doni:  
no Sigismundo Duci, per nos aut nostros  
successores legitimos plene et ex toto  
fuerint persoluti, quibus solutis, posses:  
sio et usus theloneorum nostrorum pre:  
fatorum, ad nos et nostros legitimos  
successores, pleno jure devoluetur et re:  
dibit. In cujus rei testimonium sigillum  
nostrum presentibus est subappensum.  
Datum in Thorun feria quarta proxima  
post Dominicam Reminiscere. Anno Domi:  
ni Millesimo quadringentesimo nonagei:  
mo quinto. Regni vero nostri Anno tertio.  
Gregorius Vicecancellarius subscripsit.

Relatio Venerabilis Gregorij De  
Lubranecz Regni Poloniae Vicecan:  
cellarij.

Ta Kopia przepisana z Oryginalu parga:  
minowego, dnia 2go Miesiaca wrzesnia  
Roku Panskiego. Tysiecznego siedmsetnego  
Osmidziesiatego czwartego, u Ktorego do:  
tu wisi na Lawiasce pargaminowej pie:  
cisci. ~